




1. De- us, iu-dí-ci- um tu-um re-gi da * et iustí-ti- am tu-am



fi- li- o re-gis ;*Flexa* : pópu-li †

2. Iúdicet pópulum tuum *in iustítia* * et páuperes tuos in iudício.

3. Afferant montes *pacem* pópulo, * et colles iustítiam.

4. Florébit in diébus eius iustítia et abundántia **pacis**, * donec auferátur luna.

5. Et dominábitur a mari *usque ad mare* * et a flúmine usque ad términos orbis terrárum.

6. Reges Tharsis et ínsulæ *múnera* ófferent, * reges Arabum et Saba dona addúcent.

7. Et adorábunt *eum omnes* **reges**, * omnes gentes sérvient ei.

8. Quia liberábit *ínopem clamántem* * et páuperem, cui non erat adiútor.

9. Sit nomen eius *benedíctum in* **sæcula**, * ante solem permanébit nomen eius.

10. Et benedicéntur in ipso *omnes tribus* **terræ**, * omnes gentes magnificábunt eum.

11. Benedíctus Dóminus Deus, *Deus* **Israel**, * qui facit mirabília solus.

Glória *Pátri*, et **Fílio**, * et Spirítui Sáncto.

Sicut érat in princípío, *et núnc*, et **sémper**, * et in **sæcula** **sæculórum**. Amen.